τὴν ἁρμόττουσαν τῶν ψιλῶν. ταύτῃ δ' ἐπικρατοῦσιν ἐν ταῖς διαστάσεσιν οἱ δῆμοι τῶν εὐπόρων. ψιλοὶ γὰρ ὄντες, πρὸς ἱππικὴν καὶ ὁπλιτικὴν ἀγωνίζονται ῥᾳδίως. τὸ μὲν οὖν ἐκ τούτων καθιστάναι ταύτην τὴν δύναμιν ἐφ' ἑαυτοῖς ἐστι καθιστάναι. δεῖ δὲ διῃρημένης τῆς ἡλικίας, καὶ τῶν μὲν ὄντων πρεσβυτέρων, τῶν δὲ νέων, ἔτι μὲν ὄντας νέοις τοὺς αὑτῶν υἱεῖς διδάσκεσθαι τὰς κούφας καὶ τὰς ψιλὰς ἐργασίας· ἐκκεκριμένοις δὲ ἐκ παίδων, ἀθλητὰς εἶναι αὐτοὺς τῶν ἔργων. τὴν δὲ μετάδοσιν γίνεσθαι τῷ πλήθει τοῦ πολιτεύματος, ἤτοι καθάπερ εἴρηται πρότερον,, τοῖς τὸ τίμημα κτωμένοις· ἢ καθάπερ Θηβαίοις, ἀποσχομένοις χρόνον τινὰ τῶν βαναύσων ἔργων· ἢ καθάπερ ἐν Μασσαλίᾳ, κρίσιν ποιουμένοις τῶν ἀξίων τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι, καὶ τῶν ἔξωθεν. ἔτι δὲ καὶ ταῖς ἀρχαῖς ταῖς κυριωτάταις, ἃς δεῖ τοὺς ἐν τῇ πολιτείᾳ κατέχειν, δεῖ προσκεῖσθαι λειτουργίας, ἵν' ἑκὼν ὁ δῆμος μὴ μετέχῃ, καὶ συγγνώμην ἔχῃ τοῖς ἄρχουσιν, ὡς μισθὸν πολὺν διδοῦσι τῆς ἀρχῆς. ἁρμόττει δὲ θυσίας τε εἰσιόντας ποιεῖσθαι μεγαλοπρεπεῖς· καὶ κατασκευάζειν τι τῶν κοινῶν, ἵνα τῶν περὶ τὰς ἑστιάσεις μετέχων ὁ δῆμος, καὶ τὴν πόλιν ὁρῶν κοσμουμένην, τὰ μὲν ἀναθήμασι, τὰ δὲ οἰκοδομήμασιν, ἄσμενος ὁρᾷ μένουσαν τὴν πολιτείαν. συμβήσεται δὲ καὶ τοῖς γνωρίμοις εἶναι μνημεῖα τῆς δαπάνης. ἀλλὰ τοῦτο νῦν οἱ περὶ τὰς ὀλιγαρχίας οὐ ποιοῦσιν, ἀλλὰ τοὐναντίον· τὰ λήμματα γὰρ ζητοῦσιν οὐχ ἧττον, ἢ τὴν τιμήν. διόπερ εὖ ἔχει λέγειν ταύτας εἶναι δημοκρατίας μικράς. πῶς μὲν οὖν χρὴ καθιστάναι τὰς δημοκρατίας καὶ τὰς ὀλιγαρχίας, διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

Κεφάλαιον η.

Ἀκόλουθον δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐστὶ, τὸ διῃρῆσθαι καλῶς τὰ περὶ τὰς ἀρχὰς, πόσαι, καὶ τίνες, καὶ τίνων, καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον· τῶν μὲν γὰρ ἀναγκαίων ἀρχῶν χωρὶς, ἀδύνατον εἶναι πόλιν· τῶν δὲ πρὸς εὐταξίαν καὶ κόσμον, ἀδύνατον οἰκεῖσθαι καλῶς. ἔτι δ' ἀναγκαῖον, ἐν μὲν ταῖς μικραῖς ἐλάττους εἶναι τὰς ἀρχάς· ἐν δὲ ταῖς μεγάλαις, πλείους, ὥσπερ τυγχάνει πρότερον εἰρημένον. ποίας οὖν ἁρμόττει συνάγειν, καὶ ποίας χωρίζειν, δεῖ μὴ λανθάνειν. πρῶτον μὲν οὖν ἐπιμέλεια τῶν ἀναγκαίων ἡ περὶ τὴν ἀγοράν,

A armaturæ ſolent coniungere: & cum his ſuperant populi in ſeditionibus opulentos. nam leues & expediti contra equites & contra grauis armaturæ pedites facilè pugnant. inſtituere igitur potentiam iſtã, contra ſeipſos eſt inſtituere. Sed oportet diuiſis ætatibus, cùm alij ſeniores, alij iuniores exiſtant, in iuuenili adhuc ætate conſtitutos filios ſuos erudire ad leues & expeditas operationes: delectos quidem B ex pueris, Athletas eſſe ipſos operationũ. Conceſſio autem reipublicæ populo facienda eſt, vel cùm ad cenſum peruenerint vt dictum prius eſt: vel, vt faciunt Thebani, cùm certum tempus à mercatura & huiuſmodi exercitiis deſtiterint, vel, vt apud Maſſiliam iudicio facto, qui digni ſint ad rempublicam recipi, & qui excludi. Præterea dignitatibus iis quæ ſunt principaliſſimę, quas ſuſcipere oportet eos qui C in reipublicæ gubernatione verſantur, adiungenda ſunt onera publica, vt populus ſponte ſua eas nolit, & veniam habeat illis qui huiuſmodi magiſtratus ſuſcipiunt, vtpote mercedem permagnam pro ea dignitate ſoluentibus. Congruit autem cùm huiuſmodi magiſtratus ineunt, & ſacra magnificentiſſimè facere, & publica quædam ædificia ad vſum populi conſtruere: vt multitudo cernens vrbem orD nari tum muneribus erga Deos, tum ædibus ad vſum publicum, libenter aſpiciat poteſtatem ſtatuum ciuitatis. Continget etiam præſtantibus viris hæc eſſe monumenta ſuæ largitatis. Sed hoc nõ fit nunc per eos homines, qui magni ſunt in paucorum potentia, ſed contrarium. lucrum enim quærunt non minus quàm honorẽ, itaque dici poteſt rectè, hos eſſe populares ſtatus paruos. Quomodo igitur inſtituendæ ſint, & paucorum gubernationes, E & multitudinis, in hunc modum determinatum ſit.

CAPVT VIII.

Conſequens eſt circa magiſtratus videre diligenter, quot hi ſint. & quales & quibus de rebus, vt ſuprà dictum eſt. Sunt enim quidam magiſtratus, ſine quibus ciuitas eſſe nõ poteſt. ſunt etiam quidam ad cultum ornatúmque pertinentes, ſine quibus bene habitari ciuitas non vaF let. Præterea neceſſarium eſt & in paruis quidem ciuitatibus pauciores eſſe magiſtratus: in magnis autem plures, vt prius oſtendimus. Quales ergo congruat ſimul coniungere, & quales ſeparare, non debet eſſe clam. Primũ ergo cura rerũ neceſſariarum, vt in foro aſſint venũdentúrque.